principio statim bono consilio creatione atque consociatione ista significata ~~fuerat~~ esset, postero tempore verbis disertis explicata, atque palam exposita fuit. Communia enim atque indivisa sunt summæ atque omnipotentis Trinitatis quemadmodum bonitas et regnum, et potestas: ita et creationis, Legumque latarum honor. Itaque etiam et hujus Legis ~~ipsius~~ ipse Patris filius coæqualis in ipsa quidem rerum creatione semina ~~quidem~~ sparsit, et postquam carnem meam suscepit, atque, ut homo, versari inter homines cœpit, verbis ipsis ~~e~~ perficit eadem atque explicat. Ac qui non ~~[illegible]~~ reformidet ...isque adversæ parti vel creationem nostram, vel Mosen, vel hujus universi originem non solum verbis tribuere, ~~et~~ tantæ blasphemiæ rationibus, quas ipse subjicit omnis mali author, vel ad breve tempus tumescere sinere ad impietatem ~~[illegible]~~ animum, ac non statim ~~[illegible]~~ ipsam etiam primam cogitationem rejiciat, ~~[illegible]~~ fortiterque repellat? Sed præter ...ta citata Dominus suum mundum hunc esse et agnoscit, atque cum ~~ita~~ suum appellat, id etiam nobis ostendit. Ac qui isti, qui ab illius fortissima manu avertere eum conantur, non ipsi quoque alieni a communi Christianorum ratione arguuntur? Namque ubi parabolam hominis semin~~antis~~e bonum ~~semen~~ conserentis agrum suum, et zizaniorumque his interspersorum, quæ, ut dormientibus imponeret, adversarius sparserat, atque id discipulis, qui scire hujus sententiam volebant, explicat, Sator iste, ait, ~~est~~ seminis boni est filius hominis. At ager est mundus. Ut sic quem ~~quem~~ in ~~[illegible]~~ recitanda ~~[illegible]~~ parabola agrum suum dixerat, eundem in explicanda eadem

http://digital.slub-dresden.de/ppn345414306/378